

docuerit representetur, ubi expressè probatur, quod si bona mariti sunt confiscata, & uxori, agit contra fiscum pro dote, oportet probare veram & actualem numerationem & traditionem dotis: de quo articulo latè per Alexand. & Modernos in leg. 1. ff. Solut. matr. & per Jas. in §. Fuerat. Institut. de action. Septimò confirmatur per textum in Authentic. Sed jam necesse. Cod. de Donation. ante nupt. ubi habetur, quod confessio mariti, imò vera probatio de aliquo augmentatione dotis facto ab uxore constante matrimonio, non probat aliquo modo in præjudicium creditoris mariti, licet probet in præjudicium ipsius mariti confitentis: & ad hoc notant ibi DD. Octavò confirmatur ex sententia Joan. de Plat. in §. Item si quis in fraudem. Institut. de action. ubi dicit, quod licet pater possit præjudicare filii, alienando titulo oneroso; tamen debet constare de numeratione pretii, & non sufficit confessio patris, licet talis confessio sibi noceat: & facit textus in leg. 1. §. Si mittant. ff. Si quid in fraud. patr. quod reputat singulare Jas. in leg. 2. 2. column. ff. de Eo per quem factum est. idem Jas. in Authentic. unde si parens. Cod. de Inoffic. testam. 2. column. notat Paul. in leg. 1. final. column. Cod. de Inoffic. donat. & posui suo loco. Nonò confirmatur per textum in Authentic. quod obtinet. Cod. de Probat. ubi habetur, quod confessio etiam jurata testatoris, dicentis se debitorem alicujus, non nocet creditoribus, sed benè notet sibi, & hæredibus. Decimò confirmatur notabili & utili fundamento: Nam licet instrumentum, in quo continentur confessio partis, vel etiam tabellionis, quod alteri tradidit possessionem, non probet, quando sit in absentia rei, sed ita demum, si fiat in ipsa re vel ejus presentia; cum alias actus traditionis non potuit intervenire, sed tantum videtur data licentia intrandi in possessionem propria autoritate, ut probat textus singularis secundum unum intellectum in leg. Prædia. ff. de Acquir. posses. per quem ita tenet ibi Din. Jacob. de Aret. & Oldr. quod refert Bald. tenet etiam ibi Bart. Alber. Angel. Paul. Imol. Roman. Cuman. & Alexand. istam etiam conclus. tenet notab. Cin. in leg. fin. Cod. eodem titul. & ibi Bartol. Angel. ibi 1. column. num. 4. Bald. 1. lectur. 2. column. num. 5. Salic. in fin. Paul. in fin. & communiter DD. istam etiam conclusionem tenet Spec. in titul. de Empt. & vend. §. 1. 10. column. versic. Sed quid si in instrumento continetur, istam etiam conclusionem tenet Bald. in cap. 1. final. column. in fin. quid sit investitura, in lib. 1. Feud. Ant. de Butr. in cap. Cūm venisset de restit. spol. penult. column. in princip. idem Anton. in cap. 2. de Consuet. fin. col. in fin. & ibi Imol. in

fin. & ibi Card. fin. quest. Bald. in rubric. Cod. de Contrah. empl. penultim. column. 19. quest. Alexand. 4. vol. consil. 10. num. 5. Plat. in §. Actionem Institut. de action. 4. col. num. 16. tamen ista conclusio debet intelligi, quando lis vertitur super possessionem inter eum qui prætendit sibi quæsita possessionem, & alium tertium: secùs verò si lis vertatur inter easdem partes contentas in instrumento, vel earum successores; quia tunc talis confessio probat: ita singulariter tenet Jacob. Butr. in leg. 2. Cod. de Acquir. posses 2. column. ibi Alberic. in fin. argumento textus in leg. Optimam. Cod. de Contrah. & commit. stipulat.

87 Item adde, quod ista conclusio & doctrina debet intelligi, præterquam si clausula constituti reperiatur in instrumento antiquo; quia tunc benè censemur probata possessio etiam respectu tertii: istud est singulare dictum Soc. in 2. volum. Consil. 187, 5. column. in princip. ex eo quod propter difficultatem probationis sufficit minor sive verisimilis probatio, ut in leg. Non omnes. §. A barbaris. ff. de Remis. cum simil. & idem videtur tenere Abbas in cap. Cūm nobis, de præscript. 2. column. in fin. ubi quærendo qualiter probetur possessio in factis vel instrumentis antiquis, inter alios modos dicit, quod per clausulam constituti positam in instrumento; & sic expressè præsupponit, quod tali casu non requiratur probare possessionem fuisse penes constituentem, quia alias non esset dubium, nec esset aliqua specialitas in facito vel instrumento antiquo: & ita ponderat Socin. ubi suprà. Confirmatur etiam, quia licet instrumentum publicum manu notarii vel tabellionis confectum non facit fidem, nisi probetur illum esse notarium vel tabellionem, quando negatur à parte esse publicum, ut notat Innocent. & DD. in cap. 1. de Fide instrument. Bald. in Authentic. Sed novo jure. 2. column. Cod. Si cert. pet. & ibi DD. & est lex notabilis 114. titul. 18. 3. part. tamen illud debet intelligi, nisi instrumentum sit valde antiquum; quia tunc facit fidem, nec aliqua probatio requiritur: ita singulariter Bald. in Authentic. quas actiones, final. column. num. 18. Cod. de Sacros. Eccles. idem tenet Bald. in leg. Comparationes. Cod. de Fid. instrument. 4. column. prope finem. tenet etiam Jas. in leg. Barbarius. ff. de Offic. prætor. 11. column. num. 48.

88 Et ex superiori conclusione, & doctrina quæ habet, quod per clausulam constituti non transfertur possessio, nisi constituens possideat tempore constituti, inferò primò, quod si procurator alicujus cum generali vel speciali mandato ad vendendum vel alienandum, & etiam possessionem tradendam, vendat vel alienet rem do-

domini, & constitut se nomine emptoris possidere, non transfertur in eum possessio, nec per consequens dominium, vel alius effectus possessionis; quia cùm talis procurator non possideat, nihil operatur clausula constituti: quod est notandum in practica. Secundò inferò, quod si tutor vel curator cum legitima & debita solemnitate vendat, & alienet rem minoris, & constitut se nomine emptoris possidere, non transfertur in eum possessio, ex prædicta ratione: Confirmatur ex sententia expressè Bartol. in leg. 1. ff. de Acquir. posses. fin. column. in princip. num. 14. ubi dicit, quod istæ personæ non possunt per visum vel aspectum transferre possessionem, cùm non possideant: & cùm Bartol. se habet communis, ut dixi suprà, in 3. actu facto, per quem acquiritur possessio in 1. illation. Tertiò inferò, quod syndicus Ecclesiae, Universitatis, vel Collegii, non poterit per clausulam constituti transferre possessionem. Quartò inferò, quod executores testamentorum, vendendo vel alienando non possunt transferre possessionem per clausulam constituti, ex prædicta ratione. Quintò inferò, quod si hæres postquam est factus dominus per aditionem hæreditatis, ante tamen quam apprehendat possessionem, vendat, donet, vel alienet aliquam rem hæreditariam, & constitut se nomine emptoris possidere, non transfertur in eum possessio, cùm talis hæres non possideat, licet sit jam factus dominus per aditionem, ut in leg. Cūm hæredes. ff. de Acquir. posses. Et idem est in legatario, vel illo in quem transit dominium alicujus rei solo titulo sine possessione: nam si talis dominus vendat vel alienet illam rem, & constitut se nomine emptoris possidere, non poterit in eum transferre possessionem virtute prædictæ clausulæ, cùm constituens non possidebat.

89 Sextò & singulariter inferò, quod si in alienatione vel contractu quis constitut se post mortem suam nomine alterius possidere, non transfertur aliqua possessio, nec tunc clausula constituti aliquid operatur: Et ratio est, quia cùm conferatur in tempus, in quo non sit possessio penes constituentem, imò extincta sit per mortem ejus, meritò ex prædicta clausula nulla transit possessio vel effectus: & hoc est notabile & quotidianum, & in specie reperio quod ita tenet Angel. de Perus. in dist. leg. Quamvis. §. Si conditor, num. 1. ff. de Acquir. posses. & tenet eriam ibi expressè Cuman. 2. column. in princip. versic. Per hoc dicit Angel. Alexand. 2. column. num. 7. idem etiam tenet & reputat singulare Alexand. in 2. volum. consil. 82. 3. column. num. 11. Jas. Anton. Gom. ad Leg. Tauri,

in leg. Quoties, Cod. de Re vend. 4. column. num. 17. & ante eos reperio quod expressè hoc voluit Bald. in cap. 1. de Confirm. util. vel inail. 2. column. num. 13. quem refert & sequitur Jas. in leg. Nemo potest. 7. column. num. 32. ff. de Legat. idem Jas. in leg. Quoties. ff. de Hær. inst. penult. column. in fin.

Ex quibus inferò noviter & singulariter, quod si contractus, super quo appositum est constitutum fieret, sub conditione, quæ secundum juris dispositionem debet retrotrahi, & illa conditio adimpleatur & purificetur post mortem constituentis, non retrotrahitur constitutum in eo positum, nec virtus, & effectus ejus, ut posui, & fundavi in alio proposito infra, ista leg. num. 93. vers. Dubium tamen esset in hoc satis singulare & subtile. Imò, quod magis est dato quod quis se constitut nomine alterius possidere purè simpliciter, & de præsenti, & translata sit possessio in eum cujus in favorem fuit positum constitutum; tamen statim ac moritur constituentis, ipso jure amittitur & extinguitur possessio quæ jam erat alteri quæsita; ita singulariter determinat Ludov. Rom. in consil. suis consil. 189. in fin. numer. 9. tenet etiam & reputat singul. Jas. in §. Item si quis in fraudem, Institut. de action. 14. column. n. 77. Advertendum tamen, quod ista conclusio aperte est falsa, per textum in leg. Si de eo. §. Si fortè. ff. de Acquir. posses. ubi habetur, quod quando possessio retinetur per alium, puta procuratorem, tutorem, servum, vel similem personam, non amittitur per mortem eorum, nisi data negligenter recuperandi: quem ad hoc notant & commendant DD. & dicit unicum Bald. in cap. Lice caus. penultim. column. de probat. similis text. est in leg. Si id quod. §. 1. eod. tit. Unde dicarem, quod si ille in cuius favorem erat possita clausula, sit absens, & constituens moriatur an, equam alter sciāt & ratum habeat, extinguitur virtus clausulæ, & non queritur possessio: secùs verò si erat præsens, & jam semer ei fuit quæsita; quia postea morte constituentis non perditur, nisi data ejus negligencia, per suprà dicta.

90 Ex superiori doctrina & resolutione, quæ habet, quod per clausulam constituti non transgit possessio, quando constituentis non possidebat tempore constituti, se offert pulchrum & valde subtile dubium: si ille qui se constituit, solam nudam & simplicem detentationem habeat, non verò possessionem, an per talen clausulam transeat saltem illa sola nuda & simplex detentatio? Et effectus est maximus, nam si poneretur in contractu venditionis, vel alio titulo habili ad translationem dominij, starim

virtute ejus transiret dominum; quia ad ejus translationem & acquisitionem, non requiritur traditio possessionis, sed sufficit traditio nudæ & simplicis detentationis ipsius rei; text. est unicus in jure *in leg.* *Si fundum.* ff. de Fundo dōt. quem ibi notat & considerat Glossa ordinaria, Odofred. Bartol. Bald. Salycket. Fulgos. & illum textum ad hoc dicit unicum Bald. *in Rubric.* de caus. posses. & prop. 3. column. num. 10. illum etiam text. dicit unicum Bald. *in cap. Contingit.* de dolo & contum. fin. column. *in fin.* illum text. dicit singularem Salycket. *in leg. Traditionibus,* Cod. de Paclis, fin. column. *in fin.* illum etiam dicit singularem Aretin. *in Rubric.* ff. de Acquirend. posses. 2. column. *in princip.* Jas. ibi, 2. column. num. 8. & per illum textum tenet Glossa ordinaria, Petr. Cin. Jacob. Butric. Bartol. Bald. Salycket. Paul. & communiter DD. *in leg. Cum res,* Cod. de Probat. Glos. & communis opinio *in leg.* Qui prædiūm, Cod. de Distrāh. pig. Glos. & communis opinio *in §.* Per traditionem, Instit. de rerum divis. Glos. & communis opinio *in leg.* 1. §. Sed & per eum. ff. de Acquir. posses. Punctus ergo singularis & subtilis stat in hoc: an ille, qui tantum habet nudam & simplicem detentationem, transferat eam per clausulam constituti, mediante titulo habili, ut per eam transeat dominium & plenum jus rei, ac si verè traderetur? Et certè est subtilis & necessaria quæstio: in qua resolutè dico, quod si omnino res est penes alium, tunc nulla possessio vel detentio transit, cum non sit penes constituentem, per doctrinam & rationem superiorem: si verò res sit penes constituentem, & ejus nuda & simplex detentio sine possessione, tunc stat punctus noster difficilis, an isto casu per clausulam constituti transeat illa detentio, & per consequens dominium? Et videtur quod non: Primo, quia jura quæ dicunt, quod per clausulam constituti transfertur possessio, loquuntur per nomen juris, & sic referri debent tantum ad possessionem; unde, non videtur verificari in nuda & simplici detentione. Secundo pro ista parte noviter & subtiliter pondero text. *in leg.* *Quod meo.* ff. de Acquirend. posses. ibi: Sed desino possidere, & alium possessorem ministerio meo facio, ubi patet, quod possessor qui se constituit, statim de-sinit possidere, & remanet in nuda & simplici detentione, & alium facit possessorem: sed si sola detentio esset penes constituentem, illa non cessaret per clausulam constituti, sed semper esset penes constituentem, quia non est reperire quid inferius ab ipsa detentione, in qua dicamus remanere ipsum constituentem: ergo ipsa detentio non transit per constitu-

&

& omnis alias effectus, ac si verè res tradetur: & in hoc consistit intelligentia hujus subtilis articuli. Secundò pro ista parte inconveniabiliter facit: Certum est quod de jure ipsa possessionem: textus est *in leg.* *Etiā possidere.* §. Qui ad nundinas, ibi: *Neminem reliquit.* ff. de Acquirend. posses. text. *in leg.* Generaliter, eodem titul. textus *in leg.* Si id quod, §. 1. textus *in leg.* *Peregrē.* §. *Quibus explicitis.* 2. respon. eodem titul. textus *in leg.* final. Cod. eodem titul. textus *in §.* *Possidere in princip.* Instit. de interdict. ex quibus patet, quod nuda & simplex detentio & rei insistencia saltem virtualiter & effectivè potest retineri per alium: Sed in nostro casu ille, qui constituit, vult & intendit nomine alterius rem habere & tenere: Ergo illa detentio & rei insistencia saltem in effectu sibi queratur ac si ipse insisteret in re. Sextò pro ista parte facit textus valde subtilis & expressior ceteris *in leg.* *Homo liber.* §. Quicquid, supra, de Acquirend. rerum domin. juncto textu & ibi Glossa ordinaria, & communis opinione, *in leg.* 1. §. Sed & per eum. ff. de Acquirend. posses. ubi habetur, quod si servus alienus, qui possidetur ab aliquo bona fide, acquirit aliquid ex re possessoris, vel ex opere ipsius servi, statim queritur possessori: tamen si extra has causas aliquid acquirit, dominium ejus queritur domino, sed possessio nulli queritur; cum ab alio possideatur, sed ista acquisitione dominii fit domino mediante nuda & simplici insistencia & detentio servi, & non aliter: sed illa censetur fieri fictè domino, quia traditio verè facta servo videtur fictione juris fieri domino, ut *in leg.* 1. *in fin.* Cod. Per quas personas, textus *in leg.* Placet, cum materia, de Acquirend. bared. textus *in regul.* qui facit per alium de regul. jur. *in 6.* textus *in leg.* Ita autem. §. *Gessisse,* de admin. tutor. textus *in leg.* 1. §. *Dejecisse.* ff. de Vi & vi armat. textus *in leg.* Item eorum. §. 1. ff. *Quod cujusque univers. nom.* Ergo aperte constat, quod nuda & simplex detentio & insistencia & virtus & effectus ejus transit ad alium fictione juris: Ergo eodem modo dicamus, quod transeat per clausulam constituti. Et ex isto fundamento, licet non sic declarato, reperio quod istam meam conclusionem in expresso tenet Aretin. *in leg.* *Quamvis.* §. *Si conductor,* final. column. *in fin.* ff. de Acquirend. posses. & ante eum idem tenet Paul. *in fin.* nihil allegando: & sic ex praedictis remanet expeditus iste notabilis & subtilis articulus: & est conclusio firma, quod per clausulam constituti vel alium actum fictum potest transferri sola, nuda & simplex detentio, saltem virtualiter & effectivè, licet nulla possessio sit penes constituentem; & infertur maxima extensio ad textum cum communi opinio-

nione in dict. leg. Si fundum. ff. de Fundo dotal. ubi dicitur, quod ex nuda traditione & detentione rei, mediante titulo habili, queritur dominium sine possessione; ut procedat, nemus quando intervenit vera & naturalis traditio & detentio, sed etiamsi interveniat ficta per clausulam constituti, vel alium actum factum: quod nota, quia alibi non repieres istum articulum sic declaratum.

91 Item etiam juxta predicta subtiliter & necessario querero, an procurator, tutor, curator, vel similis persona possit querere possessionem domino suo per aliquem actum factum ex supra positum? Et ista questio habet duos principales articulos. Primus est: an procurator vel similis persona possit transferre possessionem alteri per actum factum? Et expeditum est quod non, ut late & notabiliter dixi supra ista lego in 1. actu facto, scilicet, visus, & in actu facto clausulae constituti. Secundus articulus principalis est: an procurator, tutor, vel curator possit acquirere possessionem domino per actum factum? ut puta; si talis procurator ad emendum, vel contrahendum, & possessionem recipiendam, emit & contrahit cum aliquo, & talis procurator non accipit possessionem verè & realiter per actum verum apprehensionis, sed per actum factum, quia vendor, donator vel contrahens constituit se nomine procuratoris possidente, vel se constituit nomine domini, praesente & acceptante procuratore, vel per usum, conductiōnem, retentionē ususfructus, traditionem clavium vel instrumenti, vel quemlibet alium actum factum vult in talem procuratorem, vel dominum transferre possessionem; an tali casu queratur possessio domino, ac si verè & realiter intervenisset traditio? Et certe iste articulus est valde subtilis, utilis, & quotidianus, quem intendo benè & utiliter examinare: Et videtur quod per talem actum factum non possit querari possessio domino, mediante procuratore; & hoc tali potissimo fundamento: quia duas fictiones vel specialitates non possunt concurrere in uno eodemque actu, ut in leg. 1. Cod. de Dotis promis. & ibi Glossa & communis opinio: & in leg. Cūm post. §. Gener. ff. de Jure dotum. Sed in isto casu interveniret duplex fictio: Una, quod procurator facte representat dominum, & per eum videtur dominus ipse facere: text. est in leg. Ita autem. §. Gessisse. versicul. Gessisse. ff. de Administr. tutor. cuius verba sunt: Gessisse enim videtur qui per alium gessit. text. in leg. Item eorum. §. Si decuriones. ff. Quod cūjusque universitatis nomin. text. in leg. Si quis solutioni, vers. Mora videtur. ff. de Usuvis. text. in leg. 1. versic. Fecisse. ff. de Eo per quem factum est, text. in leg. 1. §. Dejecisse. ff. de Vi &

Sed

Sed his non obstantibus, in proposita quæstione teneo contrariam sententiam, imo quod queratur possessio & omnis effectus ejus domino, mediante procuratore, etiam per actum factum: & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet singulariter & magistraliter Bartol. in leg. Si is qui pro emptore. ff. de Usu cap. penultim. column. versic. Quid dicemus. Cum man. ibi, final. column. & quest. Bartol. in leg. Ad emptionem, final. column. & quest. ff. de Pacts. Bald. ibi, fin. column. & quest. Angel. 2. column. num. 4. Imol. in leg. 1. ff. de Acquirend. posses. penultim. column. in fin. versic. Idem diligenter ponderat, & ibi Alexand. penultim. column. num. 204. Imol. in §. Per procuratorem, ejusdem leg. 2. column. n. 2. Roman. ibi: 1. column. in fin. Aretin. ibi: 4. column. versic. extra. Glossa, qui notabiliter & melius quam alibi loquitur: Alexand. ibi: fin. column. num. 14. Vincent. ibi latè. 11. column. num. 28. & ibi dicit hanc esse magis communem opinionem: Bald. in leg. 1. Cod. Quando liceat ab emption. disc. 2. column. num. 7. & ibi Salycket. fin. column. & quest. idem Salycket. in leg. 1. Cod. Per quas personas, final. column. & quest. Jas. qui notabiliter loquitur, in dict. leg. Si is qui pro emptore, final. fol. & quest. num. 387. ubi dicit, hanc esse magis communem opinionem: idem Jas. in leg. Ab emptione. ff. de Pacts, final. column. & quest. Din. in consil. suis consil. 15. incipienti. Questio talis est, ubi plus dicit, quod per constitutum factum negotiorum gestori queritur dominium & possessio domino, secuta ratiōnib. Pro qua communi sententia & conclusione primò facit textus singularis & unicus in leg. Certè. §. 1. ff. de Precario, ubi expressè dicitur, quod possessio quæ resultat & acquiritur ex actu facto, dicitur vera & propria, sicut si quereretur per actum verum: & ad hoc eum notat ibi Angel. & DD. & Bartol. & communiter DD. in locis supra citatis, in quibus ille textus adducitur pro capitali fundamento: & illum textum in hoc dicit unicum in jure Bald. in leg. unica. §. Ne autem. Cod. de Caduc. tollend. final. column. num. 19. & illum textum dicit singularē Jas. in §. Actionum. Institut. de action. 20. column. num. 149. & dicit unicum Jas. in princip. Institut. de action. final. column. in fin. Confirmatur etiam, quia quando lex inducit actum factum loco actus veri, intelligitur attribuere casui facto omnes qualitates & effectus quæ resultarent ex actu vero: ita probat textus in leg. Cornelius. ff. de Testame. ibi expressè notat Aretin. in 1. not.

Sed advertendum, quod illa text. in dict. 1. Certè. §. 1. ff. de Precario, nihil probat; quia ipse loquitur in actu naturali possessionis: Nam

dico, quod si procurator accipit rem precario nomine domini, queritur possessio domino: & tamen ille actus apprehensionis ex titulo & causa precarii est verus & naturalis, & per eum queritur possessio naturalis accipienti, & civilis remanet penes concedentem, ut in leg. Habet. §. fin. versic. Placet, eod. titul. & ibi Glossa, & communis opinio, & latius dixi supra, ista leg. Unde ibi nullo modo probatur ista conclusio. Sed dico, quod ille textus probat isto modo: nam licet ibi actus naturalis apprehensionis sit naturalis & verus; tamen respectu personæ gerentis intervenit fictio, quia ibi procurator apprehendit possessionem, & non ipse dominus, & tamen repræsentatur persona domini per procuratorem, & sic per fictionem, & dicit textus, quod ipse dominus propriè rem habere & apprehendere videtur: ergo similiter, quando esset facta traditio, & actus factus possessionis resultaret possessio vera: Iste est verus & realis sensus, per quem ille textus nostram conclusionem probat.

Sed advertendum rursus, quod secundum hoc etiam ille textus non probat principalem conclusionem Bartol. & communem: quia licet quando intervenit una fictio, scilicet procurator, & actus verus apprehensionis, queratur possessio domino; item etiam, quando intervenit verus dominus, & sic propria persona & actus factus, queratur possessio domino, per omnia jura loquentia de actu facto; tamen ille textus non probat, quod quando concurret duplex fictio, scilicet procurator & actus factus, queratur possessio domino: unde, ille textus capitalis non probat communem opinionem. Sed adhuc, sustinendo communem opinionem, dico, quod etiam eo casu quo concurret utraque fictio, queritur possessio domino, ut in nostro casu & quæstion. quia considero, quod quilibet actus reputatur verus & proprius quoad effectus: nam procurator repræsentat dominum, adeò quod verè dicitur dominus facere: textus est expressus qui sic debet intelligi in dict. leg. Certè. §. 1. ff. de precario, & in hoc est singularis & unicus, secundum DD. ubi supra. Item etiam actus factus possessionis habetur pro vero, & producit veram, realem, & propriam possessionem, ac si actus esset verus: & hoc non probat textus in dict. leg. Certè. §. 1. neque DD. adducunt textum per hoc. Sed ego adduco textum expressum in dict. leg. Quod meo. §. Si venditorem. ff. de Acquirend. posses. in fin. ubi dicit textus quod per visum, qui est actus factus, non minus queritur possessio, quam si pedem finibus intulisset; unde ex his duobus junctis, cùm sint perfecti, queritur possessio. Nec obstat, quod con-